

Rheinisches Urkundenbuch (Ed. Wisplinghoff) Nr. 65

Etc. Ego in dei nomine Liutbertus electus episcopus ad Coloniae urbis sedem nec non genitor meus Hasbald tam pro dei timoris intuitu quam pro remedio animae nostrae simulque pro absolutione avunculi mei Hathabaldi archiepiscopi seu et genitricis meae Regigardae, ut aliquid pius dominus de peccatis nostris in die iudicii iubeat relaxari, donamus seu tradimus ad ecclesiam sanctorum martirum Cassii et Florentii, quae est manefeste constructa in pago Bonnensium in confinibus ipsius civitatis et super rivulo Gumme, ubi ipsi sancti martires cum sociis suis cum aliis XII corpore requiescunt, hoc est in pago Auelgawe etc.

Actum publice in coenobio sanctorum martirum Cassii et Florentii sub die III non. ianuarii anno secundo regnante Luthario rege glorioso.

Signum Theganberti choriepiscopi. Signum Liutberti archiepiscopie et genitoris eius Asbaldi, qui hanc donationem fieri [et] firmari rogaverunt etc.